



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Triapostolatus Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

26 [i. e. 29]. Quomodo Ansfridum Dominus Archi-Episcopus miserit, & post eius reuersionem Raginbertum, & post eius mortem Rimbertum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

more cucurrit auxilium. Consolatus est quippe eum Dominus spiritali consolatione, & certus omninò factus est, quòd nullo modo Religio Christiana ibidem cœpta deperiret. Nam cum pro hac eadem re ad prædictum Regem ire disponderet, Domini præueniente gratia, idem Rex expulerat priùs de vico memorato iam dictum Comitum, ita vt nunquã postea in eius gratiam redire possent; & ad Dominum Episcopum gratis suum direxit Legatum, mandans vt Sacerdotem suum ad propriam remitteret Ecclesiam, nec se minùs quàm seniore Horicum Christi gratiam velle promereri. Quo factò, cum ipse Pastor noster ad eius præsentiam veniret, tantã gratiã à iuniore susceptus est Horico, vt statim ei omnia, quæ antecessor suus causã Christianitatis in Regno suo fieri permiserat, ipse quoque concederet. Insuper etiã, quòd antea paganismis nefandum videbatur, vt Clocca in eadem haberetur Ecclesia concessit. In alio quoque vico Regni sui, Ripa vocato, similiter locum vbi Ecclesia fabricaretur concessit, & vt ibi Sacerdos præsens adesset licentiam dedit.

*Clocca.  
Ripensis Eccl<sup>ie</sup>  
olstra.*

## CAPVT XXIX.

*Quomodo Ansfridum Dominus Archi-Episcopus miserit, & post eius reuersionem Raginbertum & post eius mortem Rimbertum.*

**H**Is ritè peractis, Pastor noster venerabilis ad Gentem Sueonum quendam misit

misit Presbyterum, nomine Ansfridum, qui ex Gente Danorum oriundus erat: Qui cum illo aduenisset, memoratus Erimberrus Sacerdos exinde reuersus, & ille ibi cum multa omnium ambitione tribus annis demoratus est. Post reuersionem verò Ansfridi, qui apud nos aliquandiu conuersatus, aggrauescente dolore defunctus est; suum misit illic Presbyterum, nomine Raginbertum: qui cum ad hoc satis idoneus, & tantæ profectio- nis valdè esset voluntarius, & ad portum memoratum Sliasvich pergeret, diabolicâ machinatione in via Danorum latrocinantium insidijs circumactus, & his quæ habebat spoliatus, die Assumptionis Sanctæ Mariæ ipse quoque in bonæ voluntatis cursu feliciter consummatus est. Quod cum Domni Episcopi animum nimio affecisset mœrore, nequaquam tamen à cœpta retrahi potuit voluntate; verùm in hoc opus alium ordinauit Presbyterum, ex Gente Danorum progenitum, nomine Rimberrum: qui & à populo susceptus, diuina apud eos Mysteria largiente Domino liberè hæctenus celebrauit.

## CAPVT XXX.

*De vita & conuersatione Sanctissimi Patris  
Ansgary.*

**S**ANÈ, quia de causa Legationis eius, & Securâ quâ alios seruare cupiebat, multa iam diximus; qualis in semetipso & pro salute

H

lute